



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Tractatvs De Censvris Romano Pontifici Reservatis**

**Ugolinus, Bartholomaeus**

**Venetijs, 1609**

Ver. Vel. hostiliter insequentes.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61365](#)

Ver. Vel hostiliter insegu-  
res.

S V M M A.

- 1 Insequi aliquem duobus modis contin-  
git.
- 2 Hostiliter insequi quid sit.
- 3 Insequi hostiliter quibus modis quis  
dicatur.

**H**ic alia causa referitur, quam  
breui ostendentes Cardina-  
lem in excommunicationem hanc  
incident, quae est, ubi hostiliter  
eum insequuntur, quam excom-  
municationem ut diuclidiorem  
habeamus, tria præmittenda sunt.  
Primum, quid sit insequi, & quot  
modis dicatur quis aliquem in-  
sequi. Alterum, quid sit hostiliter  
insequi. Tertium, quibus modis  
hostiliter quis insequatur.

1 Quoad primum igitur. Inse-  
qui dicitur ille, qui alium præuen-  
tem sequitur, ut sensit Nauarr. in  
consi. 71. n. m. 4. de sent. excom-  
nic. autem accipitur insequi pro-  
persequei, ut ratione quipiam of-  
fendat: duobus modis autem quis  
aliquem insequi dicitur. Primo  
iustè, & non dolo malo, ut habe-  
tur in c. si ea. 27. q. 4. & in cap. 1. d.  
46. & in ca. exhibita. de homicidi.  
Quare iudex, qui facinorosos ho-  
mines insequitur, iuste ipsos infe-  
qui dicitur. Secundo loco iniu-  
ste, & dolo malo quis aliquem in-  
sequitur, ubi contra ius, & ut dam-

num iniuste inferat, insequitur, si-  
cū in casu nostro. Verbum igitur  
hoc indifferens est, ac propriez  
& in bonam, & in malam partem  
accipi potest, & de hoc primo sa-  
tis.

2 Quoad secundum, scilicet quid  
sit hostiliter insequi. Geminans  
in e. telicis. in principio, num. 5. de  
poen. lib. 6. inquit illum hostiliter  
insequi Cardinalem dici, qui in-  
sequitur illum sicut capitalis ho-  
stis, vel quando insequitur publi-  
ce, vel manente, quæ declaratio  
mibi non satisfacit, adhuc enim  
quæro qua ratione capitalis ho-  
stis insequatur. Ego igitur hostili-  
ter quem insequi eū dico, qui ali-  
quem iniuste insequitur, vel quo  
personam eius, quem insequitur,  
offendat, iniuriave, aut dedecore  
afficiat, vel reb. spoliat, hoc enim  
hostes faciunt, ut experientia re-  
rum magistra docet, qui ergo ob  
id Cardinalem insequitur, hostili-  
ter eum insequi dicitur. Et de se-  
cundo satis.

3 Quoad tertium, modi, & ra-  
tiones, quemobrem quis insequi-  
tur, ea esse censeo, videlicet vel ut  
interficiat, vel mutileat, vel vulne-  
ret, vel percutiat, vel capiat, vel  
in carcerem coiiiciat, vel detineat,  
vel ut rebus suis spoliat, e suis ve-  
locis exturbet, honorem vel edat,  
his enim modis hostiliter quis in-  
sequitur. His sic præmissis, iam re-  
gulam ponamus.

S V M

## S V M M A.

- 1 Hostiliter insequentes Cardinalem in excommunicationem incident.
- 2 Telum torquens in Cardinalem lapide ve coniiciens in excommunicationem incident, esto eum non attigerit.
- 3 Obsidens Cardinalem, ut eum capiat, uel ut interficiat, insultumue faciens ad ædes Cardinalis ob easdem causas in excommunicationem incident, esto nihil damni dederit.
- 4 Insequi uolens Cardinalem, sed penitentia ductus non insequens, in excommunicationem non incident.
- 5 Obsidens Cardinalem, quo illum infamet, an in excommunicationem incident.
- 6 Verba contumeliosa in Cardinalem dicens in excommunicationem non incident.

L.

**S.** Explicatis præmissis, iam quando in excommunicationem hanc incident, videamus. ¶ In excommunicationem hanc igitur incident, qui Cardinalem hostiliter insequentur, ut in versic. habetur. Quæ excommunicatione afficit, esto nihil damni inferant, & sic nec interficiant, ne que mutilent, aliudve ex prediæ faciant, sed prediæ facere conentur, nam sat est, ut hæc agere aggrediantur, ac conentur. Et hoc ob eam rationem, quoniam sic uo-

luit Bulla, atque sic sensit etiam Viu. in sua Syl. opin. 88. numer. 7. versi. Licet. & Nauarr. in Man. ca. 27. num. 97. versic. Declaratio prima, nam quoniam in cap. felicis, de pœn. lib. 6. excommunicantur, qui Cardinales insequentur, ob eam rem ait per simplicem eam inse cutionem insequentem in excom municationem eam incidere (qua uis per talem inse cutionem in ex communicationem quis non inci dat per cap. si quis suadente dia bolo. i 7. q. 4. sed opus sit, ut re ipsa violentæ manus in Ecclesiasti cam personam iniiciantur, & sic conatus ibi non sat sit) ergo & hic, ex quo excommunicantur ho stiliter insequentes, esto nihil dā ni dent, in excommunicationem hanc incident.

2 Quare, qui telum in Cardinalē torserit, quive lapidem coniecerit, ipsum insequens tamen, esto ipsum non attigerit, tamen in ex communicationem hanc incident, sicut etiam, qui cursu eum capere contendere, & non cœpit, ad summam simplex conatus puniatur, esto alias non puniatur ordi naria pœna, ut diximus in Tra&a tu nostro de Censuris, capitul. 9. §. fin. in Tab. I. ¶ Qui itidem Cardinalem obsederit, quo eum detineat, ne exire inde possit, hac pœna obligabitur, esto nihil dam ni sequatur, sicut etiam si insultū fecerit ad ædes Cardinalis, quo Cardinalem interficeret, aut mutilaret, aut caperet, atque

S 3 sic

sic sensit de obsidente Gemin. in citat. capitu. felicis, in princip. numero 6. versic. Quid si aliquis, & sequitur Ancharan. eod. numero 1. versi. Tertio no. Et ob insecuritatem igitur simplicem, ut dixi, in sequentem excommunicatio hæc afficit. Quæ regula eisdem modis, quibus superiores, amplificatur, & coarctatur.

4 Excipitur tamen, † vbi solum quis pararet se ad insequendum Cardinalem, sed tamen insecurus deinceps non est, nam Bulla excommunicat insequentes, cuiusmodi non est, qui ad insequendū se pareret, ut per se patet, sicut nec qui parat se ad aborem ascendēdum, aut ad currēdum, hic currit, aut ascendit.

Immo nec in excommunicationem hāc incidet, qui armatus iuit, ut insequeretur, sed pœnitentia ductus insequi noluit, ut pote iuit, ut ob siderer ædes Cardinalis, & posteaquam illuc peruenit, eum pœnituit, & discessit, oportet enim ut ratione quapiam insecurus sit, quo in excommunicationem hanc incidat. Qua ratione, qui aliquo vadit, ut Cardinalem interficiat, pœnam hanc euadit, si posteaquam illuc peruerterit, eum pœnituit, secus autem si aliquid agere cœperit, ut pote, si fortes effregerit, ipsumve fugientem insecurus sit.

5 Excipitur quoque, † vbi quis obsidet Cardinalem, quo verecūdiam ipsi inferat, atque sic sensit

Innoc. in cap. nuper. de sentent. ex comm. & inquit Gemin. & Anchar. in eod. capitu. felicis, in citat. locis. Tu tene contrarium ob ver- sic. Capientes, Carcerantes, deti- nentes.

6 Excipitur quoque, † vbi uerba tantum contumeliosa in Cardinalem dicta sunt, nam in excommu- nicationem hanc non incidentur tamen dicentes, ut dixit Viu. in sua Syl. op. 88. nā persecutio facta, & non verba significat. Sed iam ad reliqua transeamus.

Versi. Necnon ea mandan- tes.

### S V M M A.

- 1 Mandatum quid sit.
- 2 Mandatum a iussu differt, & a præce- pto.
- 3 Preceptum a quo fiat.

**I**N hac parte alia causa refer- tur, quamobrem in excommu- nicationem incident, qui Cardi- nales offendunt, quæ est, vbi man- dant aliis prædicta fieri, scilicet, ut ipsos Cardinales vel interficiat, vel mutilent, vel vulnerent, vel percutiant, vel capiant, vel in carcerē coniificant, vel detineant, vel hostiliter insequantur, hæc. ne- ea sunt, quæ supra habentur. Ve- rum, quo rem hanc dilucidiorē habeamus, præmittendū est, quid

fit

